

**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de idiomate, quæ in quindecim quæstiones diuiditur, plura noua,
nec alibi collecta de idiomatum effectu, & industria continet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

112

inter loquendū dixerunt Domini hoc anno M.D. XXXIX. A
in vna Gerunden. canonicius, & prēbendæ corā D. Ray-
naldo Petruio. In qua causa per Rotam ista duo dubia da-
ta fuerunt: Vtrum nuntius resignationem vigore mandati
in fauorem certæ personæ facti admittere possit. Secun-
dum, vtrum vigore prædictæ clausulæ isti regulæ deroga-
di facultatem haberet. Super quibus dubiis D. Hierony-
mus de Castello aduocatus, latius præter ceteros scripsit.
Et super primo Domini fatis dubitarunt. Secundum vero
dubium ab vñ patris familiâs pro expedito habuerunt.

REGVLA DE IDIOMATE

ET E M voluit, quod si contingat ipsum alicui persona de parochiali ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere nisi dicta persona intellegat, & intelligenter loquatur idioma loci, ubi ecclesia huiusmodi consitit, prouisio seu mandatum, & gratia desuper, quo ad parochiam ecclesiam nullius sit roboru vel momenti.

P R A E F A T I O.

Plura sunt quæ mihi scribere cogitanti dicenda occur-
runt super ista regula quæ vsu quotidiano sunt fre-
quentata: & utilia videri poterunt, ut utar verbis **text.**
in l.i. ad exhiben. Verum, quia quædam erunt omnia
cum aliis regulis: alia vero proximè ad regulam istam
pertinetibunt: ideo illa quæ communia erunt, breuius tra-
stabo. Reliqua vero plenius attinguam.
In primis, ut illud.

In primis igitur illud meminisse oportet, istius regulæ primum conditorem Gregorium unde cùm fuisse, quod ex eo adparet, quia inter regulas predecessorum Pontificum ista regula non reperiatur. Et hæc moderna nihil ad illâ Gregorij addit, nisi verba de gratia expectatiua, quæ addidit prius ad regulam Gregorij Eugenius Papa Quartus, ut paret in eius regula. In cuius quidem discussione solum eas quæstiones attingam, quas putabo necessarias ad materiam regulæ.

QVAESTIO PRIMA.

GITVR quaro pro fundamento dicendorum , nunc
quid regula ista habeat symbolum , affinitatem , aut si-
militudinem aliquam cum diuino aut humano iure , an
vero discrepet à iure communis?

Solution

DSOLVTIO. Videtur regula ista cum vtroque iure, ut etiam diuino, quam naturali similitudinem maximam habere, quin potius ab illis originem trahere. Quod ita demonstrari potest: quia certum est de iure cōmuni cum non debere rectorem curatum eligere, qui probè intelligunt prochianorum voces, & mutua voce intelligatur. Nam rector ecclesiæ, officium prædicandi in ecclesia sua habet dignoscitur. ca. ecce. 95. distinctio. not. in ca. inter extremitates offici. ordin. quia prædicatio officiū est curati, ut notum glo. in clem. 2. de sepul. & in c. cum ex iniuncto. de hæc. glo. in cap. addicimus. 16. q. 2. cum sexcentis concordantibus. Debet etiam audire confessiones, & reliqua sacramenta ministrare, ut in c. omnis. de pœni. & re. Item debet videtur, & vultum regis sui agnoscere: ut legitur Proverb. cap. & Eccles. 32. Et est de hoc text. notabilis in extrusis sedes apostolica. Ioan. 22. posita in titulo, de præbendis. Nam omnes rectores & prælati ecclesiæ dicuntur præbendæ. c. quamuis. de re iud. c. quicquid. 1. q. 1. Sed ista præbenda non potest rector, aut curatus alienigena, qui non intelligit, nec loquitur idioma, ut de se patet, ut notum in c. quoniam. de offi. ordi. Igitur merito ius communis regimen animarum non admittit tales: quia, ut in quoniam Paulus Primus ad Corinthios 14. c. Data est nobis lingua ad impetrandum & distinguendum ea quæ loquuntur. Nam si nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquens, datus: & qui loquitur mihi, barbarus, ut ibi latius. Cumque tur ista regula idem require videatur, dicendum est, ut habere similitudinem cum iure communi.

Ex quibus infertur unum, quod sicut ex iure cōmuni interpretatio fieri debet, quia fauorable, ut notat gl. in c. de re. perm. li. 6. & ibi per Gemin. & in glo. 3. c. statum de præb. lib. 6. Ita pari ratione interpretanda erit ista regula, quod erit bene notandum ad ea, quæ inferius dictur. Sic etiam videmus, priuilegium, quod continet id quod ius cōmune, vel insertū in eo, latè, ut fauorable interpretari, secundum glo. in c. cūm de diuersis. de priuilegiis. Et adeò hoc verum est, quod propter hanc rationem literis apostolicis expressio nationis requiritur, ut sicut pars vnicuique prouideat in patria ipsius: ubi melius ob-

narius, & cum maiore animi charitate inter notos eiusdem linguae ministrabit sacramenta, quam exterius, ut patet in capitulo quoniam de officio ordini & tradunt docto in cap. si proponeantur. de rescript. Et est etiam de hoc edita regula Cancelleriae ordine 15. Cum quibus etiam concordetur in c. 2. nullus inuitis, s. distinct. & in l. in ecclesiis. C. de episc. & cleri. Et diuinus Augustinus in sermone ad populum, hoc idem suadet ut patet in ca. hortamus, 71. distinctum cum aliis de quibus Moderator in c. bonae 2. de postul. præla. Hinc non abs re Patriæ leges Romanæ grauissimè tulerunt originarios à civitate quidem est & patria propria decadere, cum ipsi melius negotia eius amor: vi. procurare scirent, quam exteri, ut in l. x. C. si curial. relict. qui habet ciuii. lib. 10. Et haec est ratio secundum diuini Bernardi in lib. de batib. ibi: dul consideratione ad Eugenium. quare cardinales debet eligi clementer pa de omni natione, ut unusquisque genti sue, cuius mores & trax meæ aditus notiores habet, facilius & certius valeat iustitiæ milites suas distractare. Quis enim negabit originarios melius conditiori &c. s. de nes hominum sua patriæ cognoscere, quam quisquis alius? Iu*leg. iii.* dicat enim quis facile de his, quæ nouit, ut dicitur primo Ethico. Et diuini Bernardi sequitur Antonius in tertia parte summa, tit. 21. cap. 2. §. 2. quo loco idem Antonius unum aliud notandum scribit, videlicet, quod quavis de omni natione debeant cardinales eligi, non tamen consuevit ecclesia de Alemania cardinales assumere, ne secreta ecclesiæ imperatoribus pandantur. quod dictum sequitur cardinalis Jacobatus in tract. concilij lib. 1. pag. 40. in 2. colum. quod tamen hodie male seruatur, quia attenta difficultate idiomatis, magis necessarij sunt ex illa natione, quam alia. Et ideo dicebat Hugo antiquus doctor, ut refert Card. in capitulo significasti. de iure patr. q. patronus necesse habet presentare Episcopo clericum eiusdem dioecesis, qui intelligat, & intelligatur. Et ob eam causam dicit Abbas in c. ad decorum. de instit. valde esse honestum & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficietur: quia sic non depauperatur beneficia, & homines inducuntur faciliter ad residendum in eis, quam extranei: qui cum lingua differant, disparitate quoque morum distare videntur, ac propterea non gerunt affectionem. Adeò quod faciliter propter huiusmodi linguae disparitatem, homines sibi animalia muta, quam alterius lingue hominem sortiantur. Nam, ut inquit Augustinus,

P



LUDOVIC. GOMES IN REG.

D melius quis cū cane suo, quām cū homine diuersi idiomatis conuersatur. ita dicit August.lib.19.de Ciuitate Dei. p. 7. Nam hoc vno prēstatamus, vel maximē feris, vt inquit Cicerō lib.1.de Oratore, quōd colloquimur inter nos, & primere dicendo sensa pōssumus. Cum quibus concordet Andreas Sicul.in cōsil.57. in princ.in primo volu. Nā inter homines eiusdem idiomaticis est à natura insitus quidē de ritatis ac amicitiae intrinsecus amor, quo vbiique se insitum diligunt, & cōtra quoscunque alias tuerentur & protegunt. Hinc est, quōd iudex ciudē nationis quo est actōr, a cōuenito recusari potest: vt in e. accedens. 2. ibi, de uxoris suæ oriundus, vt lit. non contest. Quia eadem aut inducit suspicionem, vt dicit Abbas in ca. postremo. coll. E de appell. Hinc voluit Frāc. Patritius, lib.3. de inst. rep. 2. magistratus populis peregrinos, & non ciues dantur, quia nō solent peregrini in administrāda iustitia clemētes sicut ciues, qui si nō facile indulgent cōciūmōdia & capitales inimicitiae oriūntur, que plerunque magna scandala in republica pariunt. Quamobrem p̄ractū arbitror apud Hispanos regni Castellę, qui ad regias prouincias lege antiqua mittūt alienigenas, siue ciuius ciuitatis ciues, quod idē apud Frācos fieri debet. lippus Pulcher ac Carolus v. Francorum reges statuerūt latius prosequitur egregius Moder. Guliel. Benedictus repet. ca. Raynūtius. in verbo, vxorem nomine Adelafnum. 1050. cum sequent. de test. Quod d. institutum plenaria. F Italiae populi etiā hodie seruant, aliiunde magistratus p̄quirentes, pro quibus facit l. fin. C. de cri. facri. & l. fin. C. de diuer. offi. & appari. iudic. lib. 12. Quas quidem atissimas obsernationes si regna Valentia Hispanianae uare curassent, nō tantis intellectinis ciuiū discordis, & mandi licentia respublika abundaret. Nam cum inter ciues eiusdem lingue sit à natura data quedam morūs, litudo, facile vnu alteri indulget, & in malefactis cōcum speret easdem sibi vices reddi, & ita Valentia iuri ad cōplacentiam ministratur. Bona est igitur hoc castigatorū iudicium promotio, qui nō dulci amore patria p̄spe, vt sibi paria reddātur, sed ex debita iuris severitate, stitiā prosequuntur. Sed in rectoribus & curatis parochialium bene cōuenit ille patrius amor, & similitudo lingua.

nam facilis quis suadetur, & à malo auertitur, ab eo quē A
diligit, quām ab extero. Nā satis cōpertū est ex disparita-
te linguae, & dissonantia vocum nasci quasdam inter homi-
nes differentias, ac animi similitates, quē licet in iudicibus
temporalibus necessarię videantur, per ea quā diximus: in
rectoribus tamen animarum maximē sunt euitanda: vbi
enim de moribus corrigēdis agitur, nō libenter Italus VI-
tranoitanum audire nec Vlramontanus Italum: & sic de
singulis, raro in persuasione morum alterius idioma dele-
ctat, quanuis, nō desunt viri egregii, qui etiam constanter
affirmant, nō ita recte populos per externos magistratus,
sicut p proprios ciues gubernari, quoru rationes latē re-
fert Bartholomaeus Cassanæus in Catalogo gloriae mudi,
in 11. parte. in 12. consideratione. Hęc tamen sit summa va- B
rietatum rei, relictis cōtentionibus, in pœnā homini hanc
linguarum confusione à Deo datam fuisse: quod ex eo ap-
paret, qā post diluvium vsque ad edificationē turris Babel,
omnes homines una lingua loquebantur, vt dicitur Gene.
cap.11. quā prius homines uno, & eodem loco stare coge-
bat. Disparitas igitur & differentia linguae fecit, quod ho-
mines seminūcē non intelligerēt, tādio capti, varias sibi
orbis regiones perquirerēt, quo factum fuit, vt veteri lege
proximos reputabāt eos, qui eiusdem tribus erant, quoru
eadem erat viuēdi cōsuetudo: extraneos verò, qui diuersæ
linguae. Vnde sicut disparitas habitus inter simul viuentes
quādam animorum differentiam inducit, vt in clemen. I.
de elect. & in ca. in noua. 16. quæst. 7. ita & fortius dissonā. C
tia linguae disceptantem voluntatē signat. In de meritō Al-
binū derisum à Catone legimus: qui cum esset Latinus, hi-
storiam inter Latinos Græcē scribere maluit, vt Plutarc. &
plures alij meminerūt. In quo genere Albutius prætor re-
prehendi meruit, qui cum à Scuola, proprio idiomate sa-
lutaratus esset Athenis, Græcē respondit, vt eleganter refert
Mar. Tul. lib. 1. de finibus bonorū & malorū. Eo enim ser-
mone vti debemus, vt inquit idē Cic. in offi. qui notus est
nobis. ne, vt quidam Græca verba inculcātes, iure optimo
rēdeamur. Hęc enim loquendi diuersitas facit, vt externus
alieno nō sit hominis vice, vt inquit Pli. li. 6. ca. 1. Ex quibus
infertur, q̄ sacramēta & prædicationes ministrata, & gesta
per homines eiusdem idiomatis grata magis fore, & ac-

D ecepta originariis eiusdem linguae, quam si per alium natuum habetem idioma, licet intelligibile, ministratur. Et hoc non solum iure positivo, sed etiam à iure dum introductū videtur. Ut quid enim spiritus sanctus in apostolos veniens, illis variis linguis loquendi facultatem ret, nisi putaret necessarium fuisse ad officium predicatorum & ministerii sacramentorum idiomaticis intelligentiam? Quibus enim eos in lingua sua loquentes intelligebat, & rabantur, ut dicitur Actuum ca. 2. Et si Erasmo credimus eo volumine, quem de ratione Coccionadi composuit, 3. propter imperitiā idiomaticis innumerabilia sacra scriptura loca perperam interpretata leguntur, que studiose cile à sacrarum literarum studiis auerterunt: cuius quid

E idioma si interpretes assequuti recte fuissent, multos ille in suā sententiā traheret, ut latius Hispanus nostre Lentinus Ludovicus Viues li. 3. de tradēdis disciplinis sequitur. Nemini enim dubium est, ob hanc causam fuisse Ecclesiast. cap. 8. coram extraneo consilii non secundum, quia propior est colligatio, interioreque societas ciuibus, cum quibus est eiusdem lingue commercium, cum exteris. Et ideo videmus, quia ciudē idiomatica dicatio sensum mentis aperit, & animum ipsum exprimit, & diuinus est, & maxima atque optima pars hominis esse prohibetur, quibus adstipulatur illud Socratis, p. tacenti adolescenti diceret. Loquere, vt te videam, non corporis facie, sed ex loqua ipsa, tanqnam ex anima

F bitu hominē intuēdum esse censuit. Et hec in causa summi oriundis magis quam ceteris, etiam his prestantiora saueamus, ut dicit Lucas de Péna in l. quisquis. C. de me agro deser. lib. II. alleg. text. in l. fin. de cle. peregrin. p. de quibus ibi per eum, & hoc dicit Philosophus 3. Philosophorum. Quod Græcorum exemplo cōprobatum legimus. Nam cum Alcmenes Atheniensis, & Agoraticus in pēdo marmore clarissimi, Phidieque discipuli inter se bo de signo Veneris faciendo certarent: ex eo Alcmena fragis Atheniensium victoria palma data est, quia conseruata peregrinum cuius suo suffragari, urbanū esse putarunt, cinentes illud prouerbium: Tunicam pallio propria chariorē esse. Meminit de his Beroaldus senior in qua oratione prouerbiali. Et istum amoris naturalis stimula-

er alium in
ministratur
in iure diu-
nctus in Ap-
plicatorem
m predictum
gentiam: Quo-
diligebat, & a
o credimus
compositum
a factz spon-
e studiosor
: cuius qui-
t, multos fi-
aus nolte-
disciplinis
causam ob-
iliū non in-
que societ
mercium, qu
idiomatis
plum exp
a pars hor
Socratis, q
videam, no
m ex anim
in causa fui
orastionis
uis, C. de
eregrina, d
ophus 3, P
atum legi
raticus in
oli inter
eo Alcme
est, quia co
putarunt
io propria
senior in q
uralis stimu
cum ex multis sacrae scripturæ, & literarum humanarum A
locis, tū maximè ex ædificio turris Babel, Episcopus Abu-
len. colligit super Genes. cap. ii. Apparet igitur manifeste
ex diuersitate linguae sicut ex dissimilitudine corporum,
diuersitatem quoque animorum induci, vt inquit Augusti-
nus lib. 2. de doct. Christia. cap. 4. facit text. in cap. quia di-
uersitatem. de concess. præbend. Sicut econtrà ex identi-
tate idiomatis, affectionem gigni manifestum est. Et nor-
solum lingue identitas, sed quod magis est, identitas quo-
que & similitudo solius nominis affectionē inducit, vt pa-
ter in I. cum filius. §. pater. ff. de legat. 2. Nam propter affe-
ctionem lingua seu idiomatis, affectio & charitas patriæ
animo retinetur, quod Alexātri regis exemplo manifestū
familium enim ob id milites odisse patriam cōtendebant, B
authore Q. Curtio, quia peregrino sermone Persarum lo-
queretur. Nec aliam ob causam putādum est, coniugia ex-
teriorū apud veteres nō probari: quia sciebant disparitate
idiomatis facile similitates gigni. Et hoc est, quod dicitur
in factis literis, Esdras linguarum cōfusionē, quæ ex ma-
trimoniis adueniarum nascebatur, ad linguam Hebraicam
reduxisse, vt patet secundo Esdræ cap. 13. Naturale igitur
est, vt unicuique idioma suum sit præcipuum, & charum.
Et ideo est, quod asserēti se esse talis lingua, seu nationis,
creditur: & dicenti contrarium, incumbit onus probandi:
quia non præsumuntur quem malle alieno, quām proprio
idiomate loqui, vt dicit Angel. in consil. 194. Hinc est, quod
in sacris literis ad punitionem populi referunt, Deum per C
Hieremiam cap. 5. dixisse, Adducam super vos gentem, cu-
ius ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquatur. Et
Deuteronom. cap. 28. Adducet Dominus super te gentem
de longinquo, cuius linguam intelligere non possis. Patet
igitur, quod diuersitas linguae inducit alienationem ani-
morum. Vbi verò datur communio, & eiusdem lingue cō-
mercium, ibi est quidam domesticus & familiaris amor.
Vnde necesse est, ibi spiritualia maiori animorum conso-
latione ministrari ac recipi, vbi maior animorum confor-
mitas & similitudo esse comprobatur. Propterea multis
verbis voluit ille Modernus Hispanus lib. 3. de tradendis
disciplin. de quo proxime mentionem feci, plurimum con-
ducere ad dilatandum C H R I S T I nomen, vt nos & Aga-

P iiij

Dreni communem linguam haberemus: nam speratus
rum breui, ut multi se se illorum ad nos reciperent, quod un
putat aliam ob causam Deum. Maximum Apostolis in
donum linguarum contulisse. Nam, ut inquit Paulus, fide
enim per auditum, cui lingua inferuit: ac proinde cuper
et in plerisque civitatibus gymnasia linguarum infun
tur, non solum illarum trium, de quibus in elem. de ma
gistr. sed earum etiam quae essent Mahometicis pouulis re
naculæ, quas addiscerent non otiosi homines ad gloriam
inde captandam, sed ardentissimi zelo pietatis paratam
pro CHRISTO impendere, ut eis linguis instruatur.
CHRISTVM illis gentibus annuntiarēt, quæ paucissim
ac nihil penè de illo audierunt. Hæc ille. Et hoc linguis
documentum prædicitoribus, qui multū populo Christi
no prodesse possunt, necessarium esse. Nam prædicatoris
quirit hominem non solum in rebus diuinis expertum,
variis disciplinis refertum, sed etiam in lingua eorum quæ
auertere à malo, & meliores fieri prædicatione sua non
non medio criter eruditum, ut patet exemplo Hieremias
excusantis à prædicatione, quia loqui nesciebat. ut in
in scripturis. §. quies igitur. 8. quæst. i. Sciebat enim magis
ille Propheta oportere eos, qui animos rudes prædicatores
instruunt, se aptare debere pro ingenio discentium: &
borum ordinē pro audientium capacitatem dirigere, ut
tex. notabilis in ca. oportet. 8. quæst. i. Hæc enim fieri
possunt, nisi ab his qui intelligunt, & loquuntur idiomate
puli: alias si ab auditoribus facrorum ministri non in
guntur, non audientium utilitatem, pro quibus misericordia
sed suam ostentationem querent, ut inquit tex. in colla
satio. 43. distin. Nam quando prædicatio boni recto
natiuo sermone discutiū apte exprimitur, deuotio cre
ac fides dictorū magis animo insidet, & continuatione
boratur. Qui quidē termo dum per aures recipitur, de
tio ac fides in mente generantur, ut dicit tex. in can.
rector. verificulo in mente. 43. distin. Sicut videmus in
scriptis. Nam imperitus medicus, ut inquit Auicenna se
turalium propter fidem & deuotionem ægrum faciliter
bit ægrum, quam peritus & doctus. Hoc enim fac
fiet commercio linguae. Ad quid etenim putamus, Mu
datem Ponti Regem tatum laboris in perdiscendis du

& viginti linguis desumpisse, nisi ut tot populis, quibus im A
peritabat, in sua propria lingua respoderet, ut sic acceptior
videretur? Quam loquendi rationem Themistocles Athene-
nensis est imitatus, ut de vtroq; Plinius, Valerius, & Quintilianus meminerunt, & recenset Ias. in §. ex maleficiis in-
stit. de actio. Quę omnia ad usum & intellectum huius regu-
lae pertinere videntur. In qua de parochiali ecclesia fit men-
tio, quę rectorem requirit vocalem confessiones audien-
tem, prædicationi accommodum, verbis intelligibilibus ec-
clesialitica sacramenta fidibus ministrantem: qui si non
intelligitur, quia diuersum habet idioma, frustra rectoris
partes adsumpsit. Nam qui ædificari verbo Dei debent &
cupiunt, talem eos magistrum habere oportet, cuius ser-
mone, & monitis eruditiores sicut ne for, è cum his præpo- B
nitur eis, qui nō intelligitur, animus fastiditus ad deterio-
ra prouocetur. argu. text. in capitul. in grauibus. 3. quæst. 7.
Et ob eam causam veteres voluerunt, leges quę dabantur
populis, sub illo eiusdem populi idiomate publicare, ut ma-
gis placent omnibus, & obseruantur. vt est text. in §.
alienationis in authent. de non alienan. Quod ad hoc Ro-
ma. ponderat in l. i. §. fi. col. 3. ff. de verbo. obligat. cum plu-
ribus aliis concord. congestis per Fely. in rubr. de constit.
in 4. colum. versic. vltterius. & facit text. in §. illud quoque.
in authen. vt præpo. no. imp. Per quem text. dicunt Moderni
Valentini in l. prima. §. finali de verbo. oblig. quod ideo
titulus Crucis fuit tribus illis linguis, tunc magis visitatis
scriptus, ut ab omnibus intelligeretur. Propterea dicit glo. C
in lege decreta. ff. de re iudicata. quod decreta inter Latini
decebant Latinę proferti, & inter Græcos, Græcę. Et
eadem ratione dicunt Moderni de Monteferrato in lege
prima. §. fin. ff. de verbo. obligat. quod licet stipulatio inter
homines diuersi idiomatici per interpretem contrahi possit:
vt in d. §. finali. hoc ideo statutum fuit propter necessita-
tem. Sed vbi duo haberent idem idioma, & stipularentur
vnuis Græcę, alter Latinę, non valeret stipulatio, cum ibi
nulla subest necessitas, nec voluntas, cum possint eadem
lingua stipulari. Nam quilibet debet facere actum lingua
sua. Et ideo vbi ad aliquem scribimus, illi scribendum est
lingua quā ille vtitur, & non alia quā ille ad quem scribi-
mu, non vtitur. capit. in nomine patris. ad fin. 73. distinct.

P iiiij



D Nam, ut inquit Cicero de Oratore libro tertio, verba minem mouent, nisi eū qui eiusdem lingua sociate coniunctus est. Quoniam ut ipse idem Cicero Tuscul. 5. ad iis linguis quas non intelligimus, surdi profecto sumus quod videtur innuere diuus Paulus. 1. ad Corinthios 14. n. Et hac de causa videmus, leges voluisse, proclamationes quę inter vulgares fieri consueverūt, verbis vulgaribus scribere, ut ab illis intelligerentur. l. sed & si pupillus, scribere. ff. de instit. Quo loco dicit Paul. de Cast. Parvuriam Regis consuetudinem ideo habuisse, quod atra vulgari scribantur: & idem in Burgundia consuetum fuit Iacobus de Puteo in l. acta. ff. de re iudi. attestatur. Nam praeclarè inquit Tullius offic. lib. 2. Popularibus enim ve
E bis est agendū, & vistatis, cum loquimur de opinione populari. Et idem lib. 1. de legibus. Sed quoniā, inquit, in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populari interdum loqui necesse erit. Hic dicit gl. in c. odi. 24. quod 1. quod clericus quādō agit cōtra laicum, vulgariter loqui debet, ut facta sua intelligat. Prōpterea Romani, ut faciat à subditis intelligerentur, tanti idioma suū fecerunt, quod eorum magistratus, quamquam optimē lingvā Graciā lerent, nunquam tamē Grēcis, nisi Latinē respōsa dabo eōsq; per interpretē loqui cogebant, non Romā tamē sed etiam in Grēcia & Asia, ut author est Valer. Maxim. bro 2. de institu. antiquis. Quem Cuma. & Iacob. de Puteo in d. l. acta. sequuntur. Vnde postea visus inoleuit, ut deponet Cornelio Balbo meminit Cic. & lib. 1. de fin. bono. & malo. enim Romanis tanta cura nominis fuit (quanquam illud ædificiū multis pluribus locis perpetuum facere currit) quām propagādæ lingvæ. Merito igitur summus protifex in textu nostro idioma cuiusq; proprium in coniuratione habuit: quia neminē ex rectoribus parochialibus putauit ecclesiis, & earum subditis sufficere, aut posse, nisi bene ac intelligibiliter loquerentur, ac lingvæ eorum callerēt. Quod prius visus fuit expostulare testis rector. colū. penul. 43. distin. Quia omnia cum fundentur in iure diuino, communi & naturali, concludendū regulam istā cum dictis iūribus, nō solum similitudinē, sed quandam affinitatē & identitatē habere, quia potius co

statim ac compositam ex eorum visceribus fuisse.

A

QVÆSTIO SECUNDA.

QVAERO, iuxta ordinem tex. ibi, alicui personæ, nū. quid dispositio istius regulæ habeat locum in prouisio- nibus curati beneficij, sc̄eminis regularibus factis, vel capitulis, aut vniuersitatibus aliquarum ecclesiistarum?

SOLVITIO. Si significationem & vim istius verbi, perso- na, comprehensiua attendimus, certū erit, regulā prædi- cōs omnes cōprehēdere: quia appellatione personæ, tam masculi quam sc̄eminæ, vniuersitas, capitula, & collegium comprehenduntur, vt dicit Bal. in l. quicunq; in 3. colū. de ser. fugi. & in l. metum. §. aduertendū. ff. quod met. cau. & in c. in prin. de no. for. fide. Præsertim quia ex quo regu- la ista cōcernit salutem animarū, vt dixi superius in prima q̄stione, dicitur fauorabilis, vt dicit Pet. de Ancha. in c. quāuis. de præben. lib. 6. Quo casu in tali materia appella- tione personæ veniunt, & comprehenduntur omnes indi- stinctè, tam masculi quam sc̄eminæ, & vniuersitates, & ca- pitula, vt tradit Dom. post Ioan. Andr. & alios in c. cum in illis. §. i. in fin. de præbend. lib. 6. cum cōcord. vt scribit Ias. in l. si quis maior. in secunda colum. C. de transact. & vltra ipsum Rom. in confi. 436. incip. quod indultum.

Tamen prædictis non obstantibus contrariū est cōclu- dent. Nā licet verū sit, quod appellatio personæ, la- tē sumpto vocabulo, ac etiam in materia fauorabili com- prehendi possit capitulum, vniuersitas, vel qualibet alia persona, per ea quae dicta sunt superius: tamē vbi materia subiecta non est proportionata ad hoc, nunquam sub tali verbo, personæ, etiā cum dictiōne vniuersali prolato, sc̄emi- næ, nec capitula, vel vniuersitates includētur: quia actus actiōrum debent cadere in subiecto bene disposito, prout in proposito nostro dicit notabiliter Dom. in ca- bicut. in secunda colum. 7. q̄stio. 1. Vbi ex hoc infert, quod excommunicatio prolata contra quascunq; perso- nas, non cōprehendit vniuersitatem. c. Romana. §. vniuer- sitatem. de senten. excom. lib. 6. quia excōmunicatio ligat animam, & vniuersitas non est materia subiecta ad hoc, cum animam non habeat. Et hoc idem dicit Deci. in l. si fa- milia. in ij. colum. ff. de iuris. om. iud. Er reassumit latissimē Tely. in c. eam te. in 12. & sequē. col. de rescript. Et ista om-

P ▼



Dnia multo fortius procedunt in casu nostro, ex eo, quod
tio istius regulæ nullo pacto potest adaptari ad feminam
vel vniuersitatem, seu aliud simile corpus representantem
quia in talibus personis fictis non cadit administratio sacra-
mentorum quæ in parochiali, de qua loquitur ista regula
necessaria est. Nam rector parochialis debet confessio-
parochianorum audire, & sacramenta omnia subditis in
fidelibus ministrare: & ideo necessarium est, quod idem
eorum intelligat, ac vicius à populo intelligatur. At
non bene sacramenta ad profectū animarum exercere
si se in nuicem non intelligerent, vt latius dixi superius in p-
ma quæst. Ista enim ratio non potest adaptari ad feminam
neque ad capitulum, vel collegium. Quia ex quo feminam
E collegia actiuè sunt incapaces sacramentorum, neque in-
cadunt claves fori penitentialis, cum etiam de facto femina
accipiens ordines, characterem non recipiat, vt tradit Act.
& alij in can. presbyter. 32. distinct. Nec per hoc conse-
positum feminam, aut vniuersitas cōfessiones audire, vel
sacramenta ministrare, vt est text. & ibi notat Abb. & o-
nes in cap. noua. de penit. & remissio. & tenet diuus Tho-
mas in 4. senten. distin. 25. quæst. 2. Sequitur, quod hanc
regula tales non comprehendit. Sunt enim huiusmodi per-
sonæ corpora inhabilia tum respectu sexus, tum etiam
spectu corporis imaginati. Quia cum capitulum & col-
legium non sit persona animalis vera, sed representata: de
sacramentorum administratio verā personam animalis
F & virilem requirant, meritò dispositio ista loquē de po-
sona, non habebit locū in istis: quia in eis cessat ratio illa
regulæ. Imo non solū in hac regula, in qua materia sibi
ita repugnat, sed neque in quacunq; alia dispositio, in
qua verba debent propriè capi appellatione personæ
capitulum, vel aliud collegium non comprehenditur, vt est
tabile dictum Roma. s̄aepē practicatum in consil. 436.
per istam rationem tenet, quod priuilegia derogata
buscunq; personis, non derogat collegio: prædictum
minorū Rotæ: quia non venit appellatione personæ. Et
istam rationē concluserunt domini mei in una causa pro-
dente corā R.D. Ioan. Mohedano. 23. Ianuarij. 1536. qd
procurator constitutus contra omnē personam, non pos-
sat agere contra vniuersitatem, vel capitulum, per dictu-

Bal.in rub.C.ad Trebellia.& in authen.item quicunq;.C. A
de episc. & cleri.Sequitur Fely.in c.eam te.in 2.col.de re-
scrip.& in c.dilectus.el 2.col.penul.de simo.Et Pau.de Ca.
in d.authen.item quicunq;.& Rom.in l.si quis mihi bona.
§.seruus.ff. de acquir.hered.& Iacobi.de sancto Georgio
in l.collegium.C.de hæred.institu.cum quibus nouissime
concordat Barr.Cassianus in consil.i.in 5.dubio,vbi limi-
tat in procuratore rei.Et istam opinionem videtur tene-
re Deci.in d.l.si familia.Et licet idem Bald.videatur tene-
re contrarium in c.t.de noua for.fidel.quem sequi videtur
Barb.in ca.cum non ab homine.in primo notabili.de iud.
& in consil.47.col.penul.in 4.vol. Tamen possent eorum
dicta concordari,vt procedant in procuratore rei ad de-
fendendum,quod est fauorable,vt dicebat Cassianus in B
d.consil.& sentit Alexā.in apostil.ad Bar.in l.mortuo.ff.de
fidei.licet possit attentari,quod etiam mandatū actoris
ad agendum sit fauorable,vt dicit decisi dominorum 32.
de procura.in no.circa si.Sed amotis ambagibus,ista est
communis opī,quod in procuratore actoris,dictum Bal.
in d.rubri.C.ad Trebel.est verior.Et ita iudicauit Rota.

Redundo ad propositum istius regulæ,cōcludo,quod
ex quo ratio istius tex.ac proprietas huius verbi,Personæ,
non congruit fœminæ,neq; collegio,vel capitulo,sub di-
spositione istius regulæ tales non comprehendentur; sed
ille tantū,quaæ sunt habiles,& capaces clavium fori pœni-
tentialis,quaæ possint & valeant curam animarum exerce-
re,& omnia sacramenta ministrare.

C

Q V A E S T I O T E R T I A .

QVAERO,nunquid sub illo verbo personæ,vel etiam
ex mente istius regule comprehendantur cardinales?
S O L V T I O . Licet ista quæstio latissimè in pro-
mio istarū regularum discussa fuerit:tamē quia quaæ hic di-
centur,specialiter istam regulā tangunt,qua ibi scripta nō
fuerunt,ideo inconveniens nō erit,pluries candē quæstio
nem repeteret:quia vt dicit tex.in l.vnica. §.suprà dictis.C.
de emenda.Cod.Iusti.sæpius repetita placebunt.Et,vt in-
quit Plato,quem Plinius sapientiæ antistitē vocat,nō no-
cer bis dicere,quod bene dicitur.quia ,authore Seneca,
nunquam nimis,quod nunquam satis.Vnde illud prouer-
biū emanauit,Bis tērque pulchra. Quamobrem ,cūm
quæst

D quæstio ista necessaria sit, frequens & utlis, eam sepius pluribus regulis, diuersis tamen motiuis repeteret duxit propius ad rem ipsam veniendo, istam quæstionem, de qua loquimur, in terminis decisam esse reperio per dominum Bartholomæum Belenzinum virum doctrinæ singularis, a quondam Rotæ auditorem, in suo tract. de charitate, subl. quæst. 66. in 5. colum. vbi resolute tenet hanc regulam in cardinalibus locum habere, ex eo, quia tempore suo, & eo præsente, ita Rota iudicauit. Quam opinionem ipse haec ratione fundat: quia clarum est, dispositionem istius regulae fauorem animæ concernere. Quæ ratio facit, quod illa regula fauorabilis iudicetur, iuxta doctrinam gloss. Bart. & E doct. in auther. sacramenta pubicum. C. si aduer. ven. in constitutione sic fauorabili cardinales comprehenduntur, vt dicunt Moderni per illum tex. in c. omnis. de paten. & remis. Igitur regula ligabit eos. Hæc Belenzinus. Pro ista opinione facit text. in c. nemo. & quod ibi nou. Dom. & Philip. in prin. de elect. lib. 6.

Sed prædictis non obstantibus, potest contrarium terri. Nam in primis negari potest, quod ista constitutio infuorem animæ edita sit, vt dicebat Belenzinus. Iura enim hoc exprimere solent, quod id agere intendunt, vt patet c. fi. de consue. & in c. fi. de præscrip. & in c. 2. de confit. & alibi sæpe. Nam q. sit rector eiusdem lingue, potius quam peregrinæ, hoc non concernit immediate animam: quia hoc modo utilitatem animæ metiremur, nulla esset contutio, nulla regula istius voluminis, in qua eodem modo idem animæ fauor considerari non posset: præsentim in regulis missis, qua ad evitandum fraudes conditæ videntur. Et sic esset dicendum omnes tales regulas esse fauorabiles ac latissimè interpretandas, & comprehendere cardinales. Quod inconveniens & absurdum videtur, vt inferius per exempla patebit. Nā sicut nō omne, quod publicè interpellatur, principaliter ad utilitatem publicam pertinere dicitur, illud fauorable dicamus, vt tradit Barto, & alij in l. 1. fi. fol. matri. Ita neq; omne illud quod ad fauorem animæ transferri potest, illico dispositionem principaliter fauorable facit: cum constitutio forte alia ratione moueri possit, quæ dispositionem restringat, vt patet in c. quaritiæ, de electione lib. 6. Cuus dispositio respicit utilitatem animæ: & tamen

illa constitutio tanquam fauorabilis extensionem non re- A
cipit, ut not. Oldra. consilio 246. & Gemin. consil. 106. in
6. colum. Et idem videmus in extrauagan. ambitiose. posi-
ta in titu. de reb. eccl. non alienan. Quæ etiam utilitatem
animæ considerat, & ita fauorabilis non est, ut omnes ca-
sus non expressos comprehendat, vt declarat domi. Gundisaluu Villadiego, quondam nostri ordinis insignis au-
ditor, in tract. de leg. in 11. quæstio. primæ partis. col. 6. &
Rochus Curtius in repe. cap. 6. in 82. col. de consuetu. Illud
igitur, quod dicitur constitutiones obuiantes fraudibus,
utilitatem animæ respicere, verum est, quando illa consti-
tutio principaliter animam, seu piam causam immediate
respicit. Secus autem quando constitutio non principaliter,
sed secundariò incidenter, aut mediatè anima concer- B
nit. Quod ex subiecta materia, vel modo loquendi facile
deprehendetur. Hoc probatur in ca. vt animarum. de con-
stit. lib. 6. & in cap. quanquam. de vñ. cum similibus. & ita
declarant Moderni in cap. cum contingat. post glo. in ver-
bo debent. de iureiu. Et reassumunt Moder. Hispani in tra-
cta. de ultimo fi. iuris. 89. & 117. colum. & latius dixi in d. ca.
vt animarum. Cum igitur regula ista neque ex verbis, ne-
que ex subiecta materia principaliter animæ utilitatē con-
cernat, concludendum erit, illam non esse principaliter fa-
uorablem & extendendam, & per consequens Cardina-
les non comprehendere.

Sed posito quod regula ista principaliter fauorem ani- C
marū concerneret: dico tamen, quod ille fauor animæ qui
propter imperitiā idiomaticis hic considerari potest, per vi-
carium idoneum, lingua peritum, positū in ecclesia paro-
chiali, per Cardinalē conferuari posset, iuxta notata in ca-
pitulo super eo. de præbend. lib. 6. & in cap. dudum. cl. 2. de
electio. Nā ipsi Cardinales habentes parochiales, licet in-
telligibiliter loquerentur, & intelligenter idioma, non ta-
men honeste possent, nec eorum dignitati conuenire, ne-
que etiam cogūtur ecclesiis parochialibus per se ipsos de-
seruire, cū sint regimini vniuersalis eccl. prepositi, quod
preferri debet priuato commodo vnius eccl. parochia-
lis, vt dicit tex. in proposito nostro notabilis in ca. bon. 1.
de postu. prælat. Et isto modo per vicariū satisfactum erit
regulæ. Licet iudicem Cardin. non intelligent, nec loquantur

Didioma. Et quia papa dispensando cum eis, vt tenet et
leant parochiale in commendam, per hoc videtur con-
illis tacitè dispensasse, vt non teneantur per seipso defe-
uire, iuxta gloss in c. quia in tantum. de præbend. cum in
concor. vt scribunt Moder. repe. rub. de rescrip. lib. 6. in
col. & tenet Abb. in cap. cum in cunctis. de electio. & latius
per Fely. in c. postulati. in 12. col. de rescrip. Præterea qui
in ista regula nulla sit mentio de Cardinalibus, ideo non
comprehenduntur. Nam Cardinales nunquam sub regulis Ci-
cellariae censentur includi, nisi illi specificè nominentur, si
tradit Fely. post Petr. de Ancha. in c. in eos. in fi. de heret.
Ad hoc facit ratio gloss. in verbo, digitatum. in cap. ad
præben. lib. 6. Et hoc generaliter verum est, quod cardinales
les in dispositione quacunque penali non comprehenduntur;
etiam, quod fortius est, si in illa dispositio sint verbaver-
uersalia, vt est text. in cap. 1. de schisma. lib. 6. & ibi notat.
Io. An. & Domi. cū multis aliis concordan. quæ scribit ibi
Belenzi. in eodem tracta. colum. 6. Vbi ex hoc inferitur
aliud, videlicet, idem esse in regula de valore exprimendo,
vt non habeat locum in cardinalibus per eandem rationem
quia de illis ibi non facta est mentio specialis. Et idem Be-
lenzinus hoc generaliter dicit de quibuscumque regulis,
cap. quod super his. de fide intrumentorum, quæ ibi Fely
refert in 3. col. versi. 2. q. Et quo ad regulam de valore, in
latè dixit Petr. de Ancha. in consil. 288. pro clariori cuius-
tia. Et Roma. in consil. 498. cum sexcentis concordan. ut
F quibus per And. Sicul. in tracta. cardinalium. in 7. q. & do-
tur latius ibi.

Præterea ratio domini Bartholomei ex alio impugnat
quia si illa esset vera, idem deberemus dicere in regula
valore exprimendo, quæ potest eodem modo concernere
fauorem ecclesiasticæ & animæ. Nam ratio illius regu-
luit, ne tacendo valorem unus caperet stipendia plurimi-
rum, quæ clericis pauperibus ministrare volentibus, po-
sent subsidio esse, vt habetur in cap. quia in tantum. con-
sequenti. & cap. cum secundum. de præbend. & in can. 1.
quæst. 1. & bonus tex. in cap. quia non nulli. de cleri. nō re-
Et quia papa per expressionem valoris, cōsultus ecclesiasticis
& earum indemnitatibus, ac cultui diuino, & personis be-
ne merentibus iuxta condignum prouidet. Et ita sit, quod

docti viri qui ecclesiam Dei, veluti stellæ posita in firma- A
mento illustrant, vt dicitur in capitulo, super de magistr. &
per quos magis cultus diuinus decoratur, defenditur, &
augetur, cap. super specula. ne cle. vel mon. & ea quæ dicun-
tur in cap. cum M. & c. cū accessissent, iuncto capit. ex par-
te de constitut. recipiunt mercedē & retributionē sancto-
rum laborū suorum. Quæ omnia proculdubio per expres-
sionem veri valoris iustificantur: tolluntur etiam multæ
fraudes quæ fierent si valor taceretur. Nam posset frauda-
ti papa in perceptione iuriū ad se pertinentium, ac Came-
ra & Cancelleria officiales, qui bona fide sub prætextu di-
stributionum taxæ & annatæ, quæ ex fructuū expressione
proueniunt, à papa sua officia emunt. Super quibus qui-
dem taxis maior officiorum curiæ pars fundata existit. Vn- B
de si verus valor taceretur, fieret magna præiudicium il-
lis qui officia pro sua sustentatione propriis pecuniis que-
sierunt. Hoc enim fieri non posset sine conscientię pericu-
lo, & animæ offensione, & scandalo plurimorum, vt late-
probat Hieron. Paulus Hispanus in pract. Cancella. apo.
fo. 48. vt dicam in regula de valore. Igitur concludendum
est, dictam regulam animarum etiam utilitatem concerne-
re. Et tamen illis rationibus non obstantibus, Rota tenuit
regulam illam non habere locum in Cardinalibus, vt ipse
idem Belenzinus meminit in dicto tracta. & dicit suo tem-
pore ita Rotam iudicasse. Ergo pari ratione tenendum est,
illam regulam eos etiam non ligare. Super his tamen be-
ne cogitandum est, ex eo, quia multum me mouet atesta-
tio D. Belenzini dicentis, Rotam contrarium eo præsente
iudicasse. A qua opinione in dubio ego non recederem:
qui iustum præsumitur iudicium fuisse, quod plurimo-
rum oculis est comprobatum, vt dicitur in capit. pruden-
tiam. de offi. deleg.

QVÆSTIO QVARTA.

QVAERO ibi, prouidere, seu mandare prouideri, &c.
quid significant, & importent ista verba?

SOLVITIO. Attenta proprietate verborum, ista
verba prouidere, seu prouideri mandare, denotant liberā
dispositionem factam à superiore sine facto alterius. Ita-
que sub tali verbo non comprehendenderetur electio, neque

D præsentatio quæ requirunt factum aliorum, ut dicit Dom
in cap. cum illis. §. 1. de præb. lib. 6.

Tamē ex quo dispositio istius regulæ est favorabilis in
data in salute animarū propter rationes assignatas in po-
ma quæstione: ideo erit concludendum ista verba prou-
re & mandare prouideri, largo modo capi debere, ut quæ
cunque dispositionem & ordinationem, per quas prouide-
retur alicui de parochiali, comprehendant: quia illa eveni-
largo modo sumpta ad omnes modos dispositionis &
lationis adaptantur, ut refert Felyn. in cap. in nostra in-
corr. de rescrip. Et licet omnes modi disponendi de be-
ficiis, largo modo loquendo comprehendatur sub rebus
prouisionis, tam ex parte conferētium, quām prouisi, quæ
quo cunque modo prouideant, personam quæ intelligi
loquatur idioma loci, eligere debet. Tamen quo ad alios
effectum, multum interest, per quem modum quis pro-
deatur, an per electionem, præsentationem, vel collationem
quia per unum modum acquirit ius in re, & per alterum
rem. Et hoc est multum utile scire propter derogationem.
De quo tamen videnda sunt, quæ scripsi in regula, de-
tollendo ius quæsumus. in 1. quæst. quæ hic non repeat.

Quid autem significant, & quid differant inter se
verba posita in textu, prouidere, seu mandare prouide-
&c. Et dicendum, quod secundum stylum curia Regis
multum differunt. Pro quo est aduertendum, quod in
tuor sunt termini, quibus vritur papa in prouisionibus
F videlicet, prouidemus, mandamus prouideri, prouide-
fuit, & concessimus prouideri. Et ista omnia secundum stylum Cancellariæ differunt. Nam prouisio dicitur, quando
papa effectualiter & purè facit gratiam, de qua literæ
expeditæ. Illa enim dicitur prouisio: & per talem prouisio-
nem expirat reseruatio papæ, ut dicit Fely. in rub. de con-
colum. 4. ut late dixi in regula de triennali. Mandare
prouideri, dicitur, quando literæ sunt expeditæ, & in
mandatur, ut prouideat. & de istis duobus terminis fuit
Egid. in quadam decis. relata per D. Guliel. in decim.
incip. & quia in titul. ut lit. pendit. Prout fuit, dicitur
quando authoritate papæ, vel alterius fuit facta prouisio
literis expeditis & executis. Concessimus prouideri, dicitur
quando est signata supplicatio, & literæ non sunt expedite.

E 6.
t dicit Don
uerabilitis
gnatas in
erba prou
ebere, ne qu
as prouid
quia illa ver
sitionis & co
n nostra in p
endi de beo
itur sub ve
a prouid, q
z intellig
a quo ad alio
m quis pro
vel collatione
x per alium
derogator
egula, de
on repeat
nt interde
are prouid
curia R
m, quod u
uisioubum
ler, prouid
a secundum
citur, qua
qua litera
alem prouid
rub. de cor
li. Mandat
edita, &
erminus h
liel. in den
m fuit, die
facta prou
uideri, di
sunt expedi
Et ita expresse tenuit bis Rota in una Valentina parochia. A lis de mensa Novemb. & Decembr. M. D. XXXXV. coram Do. Ioan. Clerici. Et hanc etiam verborum differentiam, quam hodie in gratiis Apostolicis seruari videmus, duo antiqui doctores practici approbant, videlicet Hieron. Pau. Barch. Cancelleri Apostolicæ vicecorrector, & Ant. de Cortefisi olim abbreviator, in quibusdam suis memorialibus concernentibus gratias expectativas, & alias literas gratiae. fol. 85. Ex quibus excerptus est iste liber, quem vulgo Practicam seu stylum Cancelleriae appellant, saepius per Fely. allegatum, & à sede Apostolica approbatum, ut in proclamatio dixi. Et quia ista consistunt magis in stylo & viu curia, quam in iure, ideo non insisto. De quibus tamen aliqua dicam in fine huiuscem commentarij, post Speculum in titulo de actio. & petitionib. §. 4.

Q VAE S T I O Q V I N T A.

QVAERO, an ista regula habeat locum in parochiali ecclesiæ commendata?

SOLVITIO. D. Guliel. Cassiod. nostri ordinis vir diligens & curiosus ac Episcopus Algaren, in discursu cuiusdam q. quam scribit in collectaneis suis deci. Rotæ, fo. 203. simpliciter tenuit reg. istam in commendam locum habere, quia ita in Rota iudicatum fuit. & nihil aliud dicit.

Reperio tamen quandam doctorem Modernum (illi nomen est Aeneas de Falconibus) virum certe, quantum colligi potest ex quibusdam apostillis, quas fecit ad Abb. Panor, & ex quodam tractatu suo refutationum, & com mendarum, apprimè eruditum & practicum, in quadam breuissima additione, quam hic reliquit, ponere istam questionem in terminis, & referre tempore suo; Rotam super hoc puncto variasse, & diuersis temporibus pro utra que parte iudicasse: nullam tamen rationem alicuius deci fonis scribit. Itaque satis appetet questionem esse dubiam, & in utramque partem disputabilem.

Quid dicendum? Certe negari non potest, punctum esse difficultem, ex eo, quia tempore meo vidi hanc eandem difficultatem in Rota sepe a diuersis auditoribus proposita, & minime diffinitam. Nam R. P. D. Petrus Vortius de mense Iulio, M. D. XXXIX. inter Dominos de ea verbum fecerat. Et tunc propter varietatem votorum nihil peni-

D^ocus conclusum fuit. Secundo loco coram R. P. D. M^olo de Crescentiis, de mens^e Aprilis, m. d. xxxi. in Graffen fuerat etiam super hoc dubitatum: & vota du^sa fuerunt. Tertio loco idem D. Petr. iterum questione proposuit, & post longam disputationem, Domini c^minimarunt, in qua plura argumenta & rationes factaⁿrant: quorum pr^cipua narrabo, ne fastidio sira curiosi^moccupatis: & quia istam quæst. latissimè in regula de mⁿiali possesso attingo, ex quo loco plura, dum causis occurret, mutuari poterunt. In primis igitur pro parte gatiua, videlicet, q^{uod} regula ista in commenda locum nobⁱ beat, quidam ex Dominis ponderabant text. regula n^{on} facere mentionem de commenda. Ergo neq^{ue}; nos supp^o

Ergo debemus. l. si seruum. §. prætor ait. q^{uod} de acq. her. adib^{ant} fortius, quia comm^e datarius per substitutum ocul^dum ex loco deseruire potest, ex quo habere potest aliam ecclesiam in titulum, cui personaliter teneat deserunt tradunt doct. in e. dudum. 2. per illum tex. de elect. Et si substitutus potest regul^e satisfacere, & supplere defici^m commendantarij, quod non est in titulari, qui teneat seruum per seipsum. Vnde si non intelligit, nec loquⁱ idioma, non poterit sacramenta ministrare, quæ veniunt intellectum & loquela requirunt. Et ideo ip^t titulari taxat regula locum habebit. Ista ratio quorūdam Domⁱⁿorum satis dubiam materiam reddit.

Sed in contrarium allegata fuit p^{er} alios Dominos. F^{ab} dicta decisio D. Gulielmi, attestantis Rotam contra iudicasse: quæ dubios reddidit Dominos, & nego^m distulit ad Calend. Octobr. Tunc enim in primis auctoritiis causa iterum fuit posita. In qua pro opinione illorum Dominorum ponderabantur verba illius regule, ibi videre, & prouidere mandare, &c. Quæ adaptari possunt videntur ad commendam. Quia commenda non est in usu, vt dicit expressè Collectarius in c. si constituta col. de acqusat. Facit quod dicit Cardinalis in cle. causa in quarta q^{uod} de electio.

Iltis tamen non obstantibus major pars Dominorum tenuit contrarium, videlicet, regulam habere locum commenda. Quorum opinio illos motus defendit. ergo, considerando rationem finalēm illius regul^e, quæ est

cundum communem op̄i, in fauore & vtilitate animarum A
fundatur: ut tenet exp̄f̄se Barth. Belenz. auditor Rot̄ in
dicto tract̄ de char. subsid. q. 66. col. 5. & dixi superius in 1.
& 3. q. Sed salus animarum in hoc consitit, vt pastor vul-
tum pecorum suorum inspiciat, visiter ecclesias, cōfessio-
nes audiat, populo pr̄dicet, & alia ad curam animarum
pertinentia sacramenta ministret, vt superius in dictis q. 1.
& 3. dictum est: quæ omnia in commendatario militant,
postquam capit fructus ecclesie, qui sibi propter di-
ctum onus dantur. Ergo in illo dispositio istius regulæ locum
habebit. l. 1. ff. ad munic. & l. à Titio. f. de fur. Frustra enim
in commendatario contemporanea eras, & ordo sacer-
dotalis requireretur: ut dicit Domi, in c. nemo. in 1. notab.
de electio. lib. 6. per illum tex. nisi ad ea teneretur, ad quæ B
rector ipse tenetur, videlicet, ad ministranda sacramenta
fidelibus parochianis, qui sine commercio lingua & intel-
ligentia idiomatis ministrari non possunt. Et ob eam cau-
sam in commenda necessitas & vtilitas ecclesie confide-
ratur, vt ibi dicit Domi, in 3. no. Et tamē reg. ista ad alium
effectum edita non fuit, quām propter vtilitatem ecclesie-
rum. Ergo videtur in ea includi commenda: cūm eadem
ratio sit in commendatario, quæ est in titulari. Ergo regu-
la virtutique comprehendere debet: maximè, quia ista re-
gula generaliter loquitur. Ergo omnes casus comprehē-
tere debet: etiam si maior ratio sit in uno casu, quām in
alio: iuxta text. notabilem, qui de pena loquitur, in l. 1. §.
quod autem. ff. de aleat. Et qui se exceptum dicit à regula, C
illud probare debet: quia lex indistincte omnes quos nō
excipit, ligat. c. 1. de constit. c. omnis anima. de sensib. cap.
solit. de maior. & obed. Cūm igitur commendatarius à
regula non excipiatur, debet sub illa comprehendendi. Con-
firmatur vltius ista opinio, quia videmus regulam istam
habere locum in gratia expectativa, quæ est quadam con-
cessio temporalis, iuxta cap. fin. de concessio. pr̄bendar.
Ergo eadem ratione habebit locum etiam in commen-
da, quæ etiam concessio temporalis est. Pr̄terea, quia
ista regula initium considerat, & sic tempus prouisio-
nis beneficij. Quo tempore nūi peritia idiomatis in re-
gula requisita concurrat, collatio sive prouisio benefi-
cij est nulla ipso iure, vt patet in textu: quia qualitas ad-

ij

Diuncta verbo, debet adesse tempore verbi. cap. statuta de rescri. lib. 6. l. miles. ff. de test. mil. Et ista ratio equivalitat in commendatario, sicut in titulari. Ergo, &c. Et hoc illa ratio illius Domini resolutur, videlicet, quoniam mandatarius per substitutum deseruire poterat: qua dictum, postquam commenda validè præcessit, id est, quia concessa est habenti peritiā idiomatis, vel quando a principio in ipsa prouisione isti regulæ derogatum est, ut enim validè substitutum ponet. Vbi verò à principio non pote prouisionis ista non concurrunt, prouisio est nullus & ideo tali casu de constitutione substituti disputare non attinet, qui postea sequitur: & sic tempore quo iam prouisio cōmendæ facta personæ ignorati, idiomata non valent.

E Non obstat etiam, quod tex. iste commendam comprehendere non videtur, ex quo loquitur de prouisione. Et prouisio non est cōmenda: quia hoc est falsum. Quia immo tali verbo comprehenditur, ut in specie tenet Dom. Gem. in c. nemo. in 2. col. verific. item facit. de elect. Vbi ex hoc inferit, quod si papa referuat prouisionem beneficium, si illud dat in commendam, referatio expescus si collationi suae referuat. Rationem ibi ponit, commendari, est prouidere. Et ita ibi Dom. sequuntur lipp. Franc. in 3. col. & Nicolaus Milis summus praef. & auditor Rotæ in suo Indice, in verbo, beneficium referatum, &c. Et latius ceteris Ioan. Aloisius Tullius aduocatus consistorialis, antiquus & summus prae-

F in quodam consilio suo incipiens. Nunquid regula probens. Vbi non solum tener commenda sub ista comprehendendi, sed etiam sub quibuscunq; regulis de prouisione loquétibus. Cum quibus concordat egregius Do. Ioan. Francisc. Pauinus Rotæ auditor, in eius suo tractatu de sede vacan. in tertia quæstione prima & Modern. in tractatu referuationum. fol. 7. & in fol. 38. & fol. 32. Quicquid de hoc dubitet Roman. in cap. 350. colum. quarta. cum quo unico verbo Fely. tradatur, in cap. in nostra. in 32. corr. in secunda columnâ scias etiam. de rescript. Reliqua quæ circa istam quænam desiderari poterunt, repetenda erunt ab illa questione notatu digna, & multum per me discussa in re de triennali. questione quinta.

cap. statua-

ratio equen-

rgo, &c. Ego

velicet, q̄ con-

serat quia ehe-

nit, id est, quia

quando ap-

gatum est; ut

principio non

quisio estan-

ti disputare

re quo iam qu-

dioma nō val-

dam compreñ-

uisione. Et m-

n. Quia im-

peratur Domini-

t. de electio-

rouisione

eruatio ex-

ibi ponat,

mi. le quin-

imus praed-

eneficium

oifius Tulli-

imus prati-

cid regula p-

a sub itate

5 regulis de-

dat egregiu-

sor, in cap-

tione pro-

l. 7. & in ca-

man, in co-

Fely, trans-

nda colum-

a istam que-

unt ab illa

discussa in

QVÆSTIO SEXTA.

A

VAERO, nunquid ista regula obseruari debeat, &
liget extra curiam?

SOLVITIO. Glossator hic tenet, quod non, rationibus de quibus hic per eum, quæ vide. sed veritas est in oppositum. Nam ex quo ratio istius regulæ, quæ utilitate animarum respicit, ita generaliter militat extra curiam, sicut in curia generaliter interpretari debet, arg. eorum, quæ dicit Fely. in ca. 2. colum. penult. de rescript. Et ratio Glossatoris, quod ordinari⁹ magis personas suæ dicecessis, quam alias cognoscat, non facit ad propositum: quia illud cōcer nit mores, & probitatem vitæ, non autem rationē idiomaticis, quia cognitionis ordinarij nō tollit defectū personæ non intelligentis, vel loquētis idioma. Nam quādō clare illum B
esse incapacem, & expertem linguae constat, illa ratio nihil valet. Et ita regulā de infirmis resignantibus, quæ parifor miter generaliter loquitur, extra curiam lo cum habere vi demus, vt Rota sapientis conclusit, & iudicavit, vt ibi latè dicimus. Pariformiter igitur in ista regula idem dicendū est. Reliqua circa istam quæstionē dixi superius in procēmio, vbi plenius videndum erit, quæstio. 2.

QVÆSTIO SEPTIMA.

VAERO, ponamus Britonem Gallū impetrasse gra-
tiam expectatiuam in dicecessi Britonum Britonizā-
tum, quorum idioma est diuersum, & inter eosdē
minime intelligibile, de quo in expectatiua mentionē nō
fecit. Propter quod imperat gratiam, quod perinde vale-
ret dicta expectatiua, ac si in ea facta fuisset mentio de tali
defectū: quam gratiam expectans non expedituit ante va-
cationem. Potestā vacat beneficium, idem Brito Gallus ac-
ceptat: alius Brito de Britonizātibus etiam acceptat, & co-
natur excludere Britonem Gallum primum acceptantem,
exceptione istius regulæ, quæ annullat expectatiuam non
intelligentis idioma, &c. Brito Gallus replicat gratiā suam
expectatiuam validari virtute gratiæ, perinde valere. Tri-
plicat alter Brito Britonizans, gratiam perinde valere, nec
ei suffragari, quia literæ nō fuerunt expeditæ. Et dat de re-
gula, quod commissiones non valeant, literis non expedi-
tis. Dubitatur, an sola supplicatio sufficiat, quo ad deroga-
tionem istius regulæ, & supplendum eius defectum?

Q. iii

D SOLV TIO. In ista quæstione conclusum fuit, si supplicationem gratia, Perinde valere, non sufficeret supplendum defectum idiomatis, de quo loquitur ista gula, ut etiam dixi in regula 25. de non iudicando formam supplicationis, nisi literis expeditis. Tamen Dominos in præsenti quæstione duo capita consideraverunt. Primum, quando expectatiua, & Perinde valere sunt eiusdem data. Et isto casu gratia Perinde valere, in plet defectum istius regulæ, & acceptatio illius vigore feret. Ita Rota tèpore Leonis papæ 11. in causa Gemicanonicatus, & præbèdæ coram D. Vanilio pro quo Valentino expectante, contra Castellum etiam existantem sententiauit. Nam Castellanus expectans ex piebat de ista regula contra Valentinum etiam expectem, qui tamen sùb eadem data expectatiua sua gratia Perinde valere, impetraverat. Rota pro Valentino tem. Secundum caput est, quando gratia, Perinde valere diuersa data cōcessa fuit. Et isto casu Rota de anno 1519. tenuit illam nō supplere defectum istius regulæ, literis expeditis ante vacationem. Et ita pronuntiavit Camillus de Balionibus in fauorem Vulgalei de Vendo Britonis Galli, contra Martinum Collant, Britonizantem in causa Corosopiten. ad quam dico vterq; gratiam suam expectatiua habuerat, cuius letitia confirmata fuit per bonę memorię D. Guliel. Cadorum de anno M. D. X. de mense Januarii, vi ipsa referit in suis collectis de cibis Rotæ. fo. 204. & seq. Quibet rationibus moti fuerunt Domini, ponit ibi ann. Guliel. referendo motiu Gem. in consil. 128. & Bell. decif. 746. quæ breuitatis causa non refero, cum ibi vide possint. Nam illę decisiones iam ferè per manus omnium curialium circumferuntur, ideo omitto: quia de ista quæstione latius in regula 25. dicam?

QVÆSTIO OCTAVA.

VAERO, quid si aliquis pro parte intelligit, & parte non, an videatur satisfactum regulae? **S**OLV TIO. Tenerem q̄ non, per itam rationem h̄c ponitur clausula annullatiua, quæ formam habet, secundum Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. tradunt. Mo. in l. past. quæ cōtra. C. de pac. Sed in forma libus nul-

sum fuit, sed non sufficere oquitur illud dicendum. Tamen ita confidit. Perinde valede valere, illius vigore causa. Item pro quoque etiam expectans etiam expeditus suscitat. Valentino tempore anno regule, pronuntiantur alei de Veracant, Bittor, quam dicitur, cuius filius Guliel. Curius, et seq. Quibus ibi annis 128. & Bellum, cum ibi manus omnia de ista intelligit, re gula? Iltam rati formam in traduntur. Na libus na-

citur actum, quod aliiquid deficit, ut in c. i. de bap. facit. c. A. defleat de reg. iur. Nam forma ita transgredi dicitur in minimo defectu, sicut in magno, ut tradit Fely. in cap. cum dicta de rescript. Et est text. notabilis in ca. queritur. §. epis. 22. quæst. 1. Nam qui malè intelligit, non bene referte potest ut dicit Specul. in tunc de adiutorio. §. 61. post medium. Et hoc vltius suadetur, quia in text. duo copulae requiruntur, videlicet, quod intelligat, & intelligibili- ter loquatur: quorum alterum non sufficit. l. si ita stipulatus de verb. obligat. Et verba simpliciter prolata, intelliguntur in perfecto significatu. l. f. C. de his, qui ve. æta. im- pe. Ille igitur qui pro parte loquitur & intelligit, non perfec- te dicitur habere idioma, ut verba regulæ adaptentur.

Q Y A E S T I O N O N A.

VAERO, ponamus quod in aliquo regno sint duo idiomata huc linguae: una naturalis, altera acciden- talis, ut in Lusitania, quæ habet propriam linguam Portucalem, quæ est eorum naturalis: & linguam Ca- sellanam, quæ est eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplum linguam habent, & Sardi etiam qui habent du- plex idoma, videlicet Sardum, & Catallanum, quod est eis accidentale ex commercio, & vicinitate Catellanorum: acquisitum. Quid ergo si Castellanus impetrat gratiam in regno Cantaborum, vel Portucale, ubi Castellanus non intelligit, neque loquitur eorum idioma, sed bene illorum accidentale, videlicet idioma Castellanum, per quod intel- ligibiliter loquitur & intelligitur, an huic obster regula?

SOLVITIO. Videtur prima facie dicendum quod non, ex eo, quia in tali impetrante finis & mens regulæ seruat, quæ attendi debent: arg. l. scire debes. ff. de legi. Nam habito fine constitutionis modus non curatur, ut notar. Abb. & alii in cap. quoniam cōtra. per illū text. de probat.

Contrarium fuit decisionem tempore D. Ioan. Vanulij quoniam auditoris. De ratione decisionis non constat, sed putarem istam esse, quia in regula, quæ interpretanda strictè est, maximè in beneficialibus, verba naturaliter non acci- dentaliter intelligi debent. l. i. §. hoc interdictum. ubi Bar. ff. de fonte. Nam in tali casu natura præualet accidenti, ut norat Barr. in l. qui habet per illū text. ff. de tutel. & tradit. rot. Ange. in col. 397. ludus pilæ. in l. col. vnde ex quo mēs

iiiij

Distius regule fuit, ut commodius rector parochialis sibi animarum in confessionibus & sacramentis, & præstationibus populo exhibēdis, consulere posset, per quinque plicipibus & ignaris hominibus, quales sunt mulieres, & pulares artices, magis subuenitur: ideo ito casu regule obstat, quia verum est dicere, huiusmodi impetrante Castellanum non callece idioma propriū & naturale contabitorum, sed accidentale. Nec obstat, quod in illis partibus lingua Castellana, ut plurimum à nobilibus, & ad alios negotiatoribus intelligitur, & eam sufficiēter loquuntur quia hoc non sufficit, nisi communiter mulieres, & simplices personae illud idioma peregrinum, sicut natura & proprium intelligent: alias regula generaliter omnibus

Enون prouideret, maximē in casibus iutis necessariis lamentorum per rectorem parochianis exhibendorum, quibus rudes personae magis instrui debent: quod sine mercio lingua fieri nequibit. Concludendum igitur est regulam hoc casu habere locum.

Limitant aliqui hoc non procedere in impetrante multum qualificato moribus & scientia, qui illi patrie mulierem esset acceptus: quia tali casu putant sufficere, illum incungere, et si loqueretur peregrinū idioma, quod communiter ibi intelligitur. Quia tūc ex sufficientia viri, utilitas animalium cōpenfari posset. In quo casu illa regula juris, videtur, quod naturale præualeat accidentalē, de qua in dicta habet. non procederet, ut notabiliter dicit And. Sicutus

F cap. in præfentia. in 33. col. um. de probationibus.

Sed ista limitatio tuta nō videretur: quia ubi agitur de iudicio animarū, qualitas personae nihil operatur, ut dicit Bald. in ca. iurauit. de probat. & in cap. j. in fine. ut liceat patente. Sequitur Fely. in ca. quod super his. in 4. col. de instrumentis. Nam hic non tam querimus rectorem multis sufficientem, quam loquenterem, & populo rudimentaria sacramenta ministrare scientem.

Q. VAESTITO DECIMA.

QUAE R O, nunquid regula ista obstat Normandis & benthibus parochiales in Gallia, Picardia, Burgundia & Britannia?

SO L V T I O. Videtur quod non, per ea quae dicit Eg. in ca. dudum. in prin. de præben. lib. a. qui dicit, quod haec modum

mandus impetrare potest iudicem contra aliquem de ali. A
qua parte Franciae, & extra terram Normandiæ, puta in Pi-
cardia, Burgundia, & Britanìa: & non poterit, ut suspectus
reculari. Et ita per istud dictum, quidam Moderni tenue-
runt istam partem in quibusdam apostolis.

Tamen iudicio meo istud dictum Egidij ad propositum
istius regulæ nō facit, quæ in loquela fundatur. Itaque quo-
ad hoc, ut prædictus sub regula non comprehendatur, re-
quiritur quod Normanus idioma loci, vbi parochialis est
fita, loquatur intelligibiliter, & intelligatur: alias non be-
ne sacramenta ministraret. Quia cæcus non bene cæcum
diceret, ut dicit text. in proposito notabilis, in cap. penult.
de æta. & qualita.

QVÆSTIO VNDECIMA.

VÆRO, an illa regula habeat locum in vicaria per-
petua, & in omnibus alius beneficiis curatis?

SOLVITIO. Omisis multis, dicendum est, regu-
lam in vicaria perpetua locum habere istis rationibus. Pri-
ma, quia clarum est regulam esse in iure communi funda-
tam, ut late in prima quæst. diximus. Sed de iure communi
inductum est, dispositione de parochiali loquentem, habe-
re locum in vicaria perpetua, ut dicit text. in cle. 1. de offic.
vica. Ergo eodem modo illa regula in illa locum habebit.
Formiscatur hoc, quia vicarius perpetuus in ecclesia, vbi
non est rector, in omnibus rectoris vice fungitur, ut tener
Rota in decil. 341. in antiquo. Et hoc vult alia decil. 374. incip.
fuit dubitatum, & in cōsilio positum. Quod igitur de uno C
dictum est, de alio dicendum erit. Accedit, quia videmus,
quod sicut episcopus cum rectore super ætate non dispen-
sat: in cap. 1. de æta. & qualita. ita neque cum vicario per-
petuo, ut notariorum in dicta clemen. 1. Faciunt, quæ dicit La-
pus in add. ad Fed. in tract. permu. quæst. 14. Hinc est, quod
tales vicarii perpetui dispositionem ca. licet. de elect. lib. 6.
seruare arctantur, licet in parochiali loquatur, ut est glo. &
ibi omnes in d. clem. 1. Et eodem modo dispositionem cap.
ex eo. de elect. eo. lib. seruare tenetur. Et illa omnia magis
in causa nostro quadrare videntur: quia illa regula de paro-
chiali indifferenter loquitur: neque distinguit, an illa pa-
rochialis regatur per rectorem, vel per vicarium perpe-
tuum. Ergo generaliter est intelligenda. Nam cum tex. non

Q V

Distinguat, neq; nos distinguere debemus. cap. ad audi-
tiam. cum similibus. de decimis. Præterea, quia est eadē
ratio in vicario, quæ in rectore, cūm vterq; prædicandi
ficiūm habeat, & confitendi. Vnde propter eandem rati-
nēm dispositio etiā pœnalis in uno casu loquens, ad di-
extendi debet, vt dicit glos. in clem. j. de electio. & esten-
cap. si postquam. §. j. in eod. tit. lib. 6. Eò maximè, quia
regula non est exorbitans à iure communi, sed cōformis.
Et ita pro ista parte reperio consulfuisse Ioachimū de No-
na, olim famosum adiudicatum cōsistoriale in qua
causa Tercoren. vicariz, seu parochialis ecclesie de La-
nien cuius initium est. Posito quod prohibetur, &c. Et in
quantum ad vicariam dicta sufficiant.

ESed major est difficultas scire, nūquid ista regula in-
ferenter in omni beneficio curato locum habeat? & pri-
facie videretur dicendum, locum habere, cūm sit eadem
ratio in aliis curatis beneficis propter administrationem
sacramentorū. Tamen hoc non est verum, quia ista regu-
la non sine mysterio tantum de ecclesia parochiali loquitur.

Et ideo pro vero intellectu istius materiae aduenient
est, quod cura potest duplicitate considerari, videlicet, a
ge & stricte, vt ponit Innocen. in cap. cūm fatis. de offici-
chi. Largo modo cura, dicitur potestas fori contentio
prout est suspendere, excommunicare, absoluere, visitare
& alia huiusmodi quæ ad correctionem morum tenden-
t. dudu ecclesia. de electio. & ibi glos. bona. Hanc cura

Fchidiaconi, & alij inferiores prælati habere possunt, cap.
de offici. archi. & notant docto. in cap. cūm cōtingat alii
ro cōpet. Et in talibus non putarem regulam locum ha-
re. Cura vero, stricte & propriè sumendo, dicitur potestas
ligandi & soluendi in foro pœnitentiali: & hoc non cura
nisi in sacerdote. cap. in nouo. 21. d. fin. & ca. omnis de-
nitent. & remis. Dicitur ergo beneficium curatum, quæ
propositum istius regulæ illud, quo d habet potestas
ri pœnitentialis, ad quod exercendum requiritur munus
& reciproca intelligentia sermonum, siue idiomantis
loci. Quod quidem in vicario perpetuo habere locum no-
mo officiari poterit: si in aliis curatis eadē ratio cōcum
videlicet, quod ratione beneficij curati tenetur sacramen-
ta ministrare, & ea omnia exercere, quæ rectores sole-

sue hoc illis de iure, sue de consuetudine, vel fundatione A
competat, nulli dubium erit in illis locum habere regulā
propter identitatem rationis. Et hoc, quod de cura dictū
est, procedit etiam si rector, vel curatus auctu' non exerce-
ret curam propter recessum parochianorum, dummodo
habitu sit aptus exercere, ut tradit Card. confi. 48. quidam
nobis, &c. Et licet in hoc contrarium teneat Feder. confi.
135. Casus talis est. Tamen illud, alium finem seu effectum
replicet, nec facit ad propositum, de quo loquimur, ut di-
fingunt Abb. & alij in c. de multa. de præbend. & dixi la-
tius ibi in repet. mea subrepta Patauij. Hoc tamen intelli-
gas, quando alijs ipsum beneficium de sui natura est cu-
ratum. Secus si per viam adhærentię, ut quādo beneficium
de sui natura simplex, haberet annexam curam, vel ex cō- B
sitione ecclesiæ aliquis vices curati geret. Quia per
hoc talis habere beneficium curatum nō dicitur, propriè
loquendo, ut dicit Old. in confi. 203. factum tale. & sequi-
tur Fely. in c. nostra. in 10. corr. de refcri. Quod est notan-
dum pro intellectu istius regulæ, & pluriū iurium: tamen
si talis ex constitutione ecclesiæ populo sacramenta ad-
ministrare teneretur, in eis locum haberet ista regula. l. x
quibus etiā unum aliud infertur, q̄ sola potestas fori pœ-
nitentialis beneficium curatum non facit, nisi cū hoc be-
neficarius habuerit, seu certā parochiam teneat, ut sentit
gl. in clem. dudum. in verb. impedian. de sepul. dicens, q̄
licet fratres Prædicatores, & Minores, ex priuilegio dictę
cōstitutionis, & clem. exiui. exercere possint ea, quæ sunt C
fori pœnitentialis, non tamen per hoc censemur curati.
Ratio est secundum gl. quia neq; ipsi curati ad exercendū
astricti sunt: neq; parochiani in foro pœnitentiali ad eos
recurrere tenentur. Ad idem bona gl. in clem. i. in verbo,
presbyteri. de priuile. quam singularem dicit Abb. Panor.
in c. significasti. de foro compet. & in c. omnis. de pœnit.
& temis. Sic itaque quo ad regulam istam talis cura in
consideratione non esset. Requiritur etiam aliud, ultra
parochiam & parochianos, ut quis dicatur curatus ad ef-
fectum istius regulæ, & aliorum iurium de cura loquen-
tium, videlicet q̄ curam nomine suo, & non alieno exer-
cat, ut ponit Pe. de Anch. & Imol. in cle. vnica, de of. vica.
& latius Doct. in c. extirpandæ. §. quia verò. de præb. Item

Detiam requiritur, quod talis assumatur suo nomine singulariter suscipiat regimen parochialis ecclesie & populi, non pariter cum alio, ut notabiliter consultuit Olaus in cōsi. 67. quæstio talis &c. Ex quo infert, quod si dōcē ecclesia parochiali instituantur, ita quod quilibet eorum confessiones audire cōsuevit, & alia facere quæ ad omnes animarum spectant, neuter eorum curatus esset, neque eis dispositio locum habere: c. licet. de elect. neq; c. dem. ta. de præben. neq; consequens dispositio istius reguli ibi per multas rationes probat. Pro quo facit text. n. sicut vna. 21. q. 2. ibi, sed vnum tantummodo habeat sacerdotem, &c. Prædicta igitur copulatiæ, quo ad curam amarum requiruntur, de qua hic loquimur.

Ex quo infertur, qd actus solus sepeliendi non facit ecclesia curata dici possit. Nam sine cura cœmentium consuetudine, vel Episcopi concessione haberi potest, dicit Feder. in consil. 135. Allegat Archid. in c. i. de sepol. Hotti. in c. quia nonnulli de clericis non resid. Necesse est igitur actus baptizandi sufficere, si aliquis certam parochiam non habet, vt tenet Pau. & Card. in clem. i. de bapt. in 4. Quia actus baptizandi licet quandoq; per laicum exactetur: vt in §. verum. 32. dist. Et tamen laicus curæ capax est. Et talia iura, licet non per laicum, tamen per alios prescribi possunt: etiam si cura fori penitentialis sit, vt trans. Card. in cle. 2. §. fi. de relig. do. & in c. cùm fatis. de Am. Requiruntur igitur omnia ista simul concurrere, qd

Fhoc, vt parochialis ecclesia dicatur: prout Rota in Virdunen. parochialis sancti Victoris conclusit, de mens. Octob. 1539. coram me. In qua causa vnum aliud voluerat qd ad probandum ecclesiam de Vvici parochiale effici effectu consumendi gratia expectatutam aduersari, ut de publica voce & fama non sufficient, quæ in d. ecclesiis sacramenta ministrarentur, nisi hoc de viu deponerent, si inter illos unus esset, qui diceret se vidisse unum ibi locum. Ratio fuit, quia ex quo consumptionis exceptio, etiua materia est, vt decis. fi. de excep. in nouis, debet in materia clare, cōcludenter, & indistincte probari: hanc decis. eo d. titu. in antiquis. Quæ omnia ad istius regularium declarationem de curatis beneficiis loquuntur, notanda sunt. Nam in locis communibus non traduntur.

Q Y AE \$ 71

QVAE STIO DVO DECIMA.

A

QUAE R O , An regula ista in gratia, Motu proprio,
& ex certa scientia, procedat?

SOLV TIO. Glos.hic tenet quod sic, cum verba
istius regulæ non aduersentur, imo potius cum tali gratia
concurrent. Adde tamen, qd imo tex. regulæ in illis verbis,
vel gratiam expectatiuam concedere, &c. hoc innuere vi-
detur. Nam clarum est, expectatiuas, secundum cutiæ stylum
motu proprio concedi solere, ut notat Ioan. And. in
c. si motu proprio. de præben. lib. 6. & Io. Cald. in c. man-
datum. de r e s c r i p t . quo s refert Abb. in c. i. in 8. col. de iudi-
v t dixi in tracta. expectatiuarum. Et tamen regula ista in
expectatiua locum habet, qua motu proprio conceditur:
ergo eodem modo in quacumq; alia gratia, motu proprio: **B**

quia una pars alternativa per aliam declaratur, ut dicit
Bar. in l. i. per illum text. ff. de reb. dub.

Præterea, quia dicere regulam istam non procedere in
gratia facta motu proprio, & ex certa scientia, ex alio esse
non potest, nisi quia Papa notitiam istius regulæ habere
præsumitur. Et vbi principis scientia datur, derogatio nō
requiritur, ut tradut Doct. in l. quidam consulebant. ff. de re
iud. Nā si Papa ex certa scientia infanti parochiale con-
ferret, secum dispensare videretur, ut traditur in l. idē Vlpia-
nus. ff. de excus. tut. Et reassumit Fely. in c. nonnulli. in 24.
col. de r e s c r i . & latius Mod. Bono. in repe. c. i. de cōsti. col.
C 4. Et tamen nec motus proprius, nec sola certa sciētia suf-
ficit ad derogandum isti reg. nisi ei specialiter derogetur,
vt superius in proce. reg. q. 5. & 6. dictū fuit: præsertim quia
nec motus proprius, nec certa sciētia Papæ, defectū idio-
matis purgare potest, & facere, qd loqui nesciēs loquatur.

Præterea, quia cum regula ista ecclesiariū favorabilis sit,
& iuriis communis concursum habeat, & expectatiuā com-
prehendat, quæ motu proprio cōceditur, nō video quare
quilibet aliam gratiā similem nō cōprehendat. Nec obst.
qd Papa in gratia motu proprio cōsiētur habere notitiā
illibz regulæ, per ea, quæ dicta sunt: quia hoc nō sufficit:
quia scientia Papæ derogationē non inducit. Et posito qd
illa certa scientia in his, quæ sunt de iure communi, dero-
gationem quo ad ius commune posset importare, per
not. per Doct. in c. i. in verb. nascantur, de constit. lib. 6. vt

Dibi latè dixi: non tamen quo ad regulas, quæ licet habent
vñ & ligent omnes, sicut ius vniuersale, per ea, quæ dicti
sunt in proœmio, tamen quo ad derogationem, ius pa-
culare, sicut alia statuta terrarum censentur. Tenenda
igitur est, regulam istam in gratia motu proprio, &
certa scientia procedere.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.
VÆR O, an prouisus de parochiali in ecclæsa Valen-
tina, natus in Italia ex patre Valentino, & mo-
tre Neapolitana, & nutritus pariter cum matre
auia sorore patris, præsumatur tempore prouisionis in-
lexisse, & loqui idioma Valentini loci, vbi erat paro-
chialis, atento, quod decem annis post prouisionem,

Esic de præsenti loquitur illud idioma intelligibiliter?

SOLVTO. Ista quæstio proposita fuit in vna Vale-
ntina parochialis, per R.D.Io. Mohedano, de mense Ianuarii
M.D.XXXVI. pendente inter D. Ioan. Baptistarum de Ba-
dalinis aduocatum, & Martinum Calaphorra. In qua opere
plures rationes & propositiones causæ, die 14. Martij
D.XXXVI. per omnes Dominos, duobus exceptis, co-
ciusum fuit regulam locum non habere, ex eo, quia quæ
præsenti loquitur, in præteritum loqui sciuisse presu-
mitur: per ea quæ dicit Bal. in l. si qui adulteri. C. de adul-
terio. Fely. in e. scribam. de præsumpt.

Alij duo Domini contrarium tenebant, ex eo, quia le-
mo appellatur maternus, quia vt plurimum ex matre

Fitur, propter frequentiorem filij conuersationem: vñ
Cornelia matris Gracchorum filii M. Tullius libe-
claris Orato. meminit, ibi, Non tam in gremio quam
sermone matris educatos, &c. Vnde non abs re Britanniæ
mulieribus exteris linguis præciderunt, ne filios suos
peregrinum idioma docerent, quod citius & faciliter
matribus, quam à patribus discere existimabant, ut in
rum historia legimus. Et quia videmus, quod qualiter
præsenti non præsumitur quod anteā fuerit, nū pro-
tur, vt in l. 4. ff. de proba. vbi dicitur, quod qui nuncque
tius est, de præterito non præsumitur. Ad idem facio.
Etum Bal. in l. non ignorabit. nu. 4. C. ad exhibet. vbi da-
quod qualitas accidentalis, quæ de præsenti ad eis in præ-
terito adfuisse non præsumitur. Ita Bald. ibi, & alibi la-

vt scribit Ang. & Ias. in §. sic itaque col. 5. Insti. de act. Cūm A
igitur dicitus Ioan. Bapt. de parochiali prouisus à matre
Neapolitana nutritus fuerat, præsumendum erat potius
illius lingua, quam paternam Valentianam didicisse.

Breuitate primam opinionem tenendo, ista non obstant, quia itant ista simul, quod filii faciliter in pueritia, durante tempore lactantis ætatis, propter frequentiorem eius conuerlationem idioma matris capiant: tamen hoc non impedit, quominus idioma patris etiam addiscere possint, cum quo pariter conuersantur. Imò filius ephœbus factus, magis cum patre, quam cum matre conuersationem habere censemur. Hoc ex eo apparet, quia de præsenti bene loqui idioma patris Valentini scit, ergo præsumitur per prius ab eo longua conuictudine didicisse, quia B
in instanti idioma non addiscitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iste est unus causus in quo de præsenti præsumimus in præteritum, iuxta gloss. ordinariam in l. ex persona. C. de proba. & text. in l.
neceſſe. & in l. circa ff. eod. tit. quæ ponunt regulam, quod quando agitur de inducenda aliqua qualitate de præsenti, regulariter in præteritum præsumitur, præsertim quando tubest iusta causa præsumendi, ut in casu nostro: nam tunc theoria prædicta sine dubio procedit, ut tradit Bal. in l. si qui adulteri. C. de adultere. & dicenti contrarium incombitorum probandi, ut dicit Bart. in l. si prius. col. II. ff.
de oper. no. nunt. Et per illam doctrinā Bal. patet responsio ad allegata in contrarium, quia procedunt, vbi causa C
præsumendi non subest, vel quando agitur de præsumendo delicto de præsenti in præteritum, ut in d. l. 4. de proba, vel quando qualitas de præsenti repugnat primo statui persona, ut dicebat Bart. in d. l. si prius. Sed hic omnia ista impedimenta cessant, propter rationem dictam, quia ista qualitas loquela de præsenti non potest stare absque eo, quod habeat tractum in præteritum, quia non potest in instanti addisci. Imò hoc non solum procedit in uno idiomate, de quo hic agitur, sed etiā in pluribus, quia non inconvenit quæ de præsenti plurib. linguis loqui posse. Nam Xerxem & Cresum Persarū Reges, tot linguarum genera perdi dicisse legimus, quos populos sub dictione sua tenebant: ut M. Tul. & recentiores omnes historici attestau-

Detur. Et idem de Mithridate Ponti Rege meminit labo
§. ex maleficiis. col. 10. Institu. de actio. Et plures hac re
te inueniuntur, qui idem præstant. Nam & ego omnes
hominum postremus, non solum linguam maternam
auorum Castellanam, sed etiam paternorum Valentini
et qua conditione percaleo, lingua etiam Italæ & Latinæ
non ignarus: quæ quidem linguarū disciplina de pœnitentia
apparens, de necessitate præsumi debet tractum à prece
rito habuisse, ex eo, quia, ut addiscantur, temporis curia
requirunt: & ista præsumptio, est probatio probata, quo
quod dammo do quandam impossibilitatem probando
trarium infert. Non valet igitur argumentum, qui facili
è matre linguam accipit, igitur linguam patris ignorat.
Hac consequētia fallax est, & non concludens. Tene
igitur est Rotæ conclusio, quæ verisimilis, rationabilis
iuridica existit.

Q V A E S T I O D E C I M A Q U A R T A .

V A E R O , quæ forma debeat & soleat huic regi
derogari?

S O L V T I O appareat ex his, quæ in procl
istarum regularium q. 5. & 6. dixi, ideo non reperio. For
autem derogationis istius regulæ ita in literis narrat
let, videlicet, q. ut assertis idioma, quod gens illarum
tum communiter loquitur, non bene intelligis, nec
telligibiliter loqui scis. Nos enim tecum, ut ecclesiam pro
di etiam, &c. dispensamus, præmissis, ac cōstitutionib
ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis
consuetudinib. & aliis contrariis naquaquam obstante
potestate apostolica, per præsentes cōcedimus, puto.

Tamen circa hoc aduertendū est, q. plures regale
cellaria in hoc volu. reperiuntur, quæ ad eundem in
tendunt, & cum ista cōcordant, ut reg. de oriundis, &
expeccatiuarū, quæ specialiter disponit, nullū extra distinc
tionem, gratiam expeccatiuarum obtinere posse, qui
gulæ omnes in istius ratione fundantur, videlicet, qui
intelliguntur, neq; idioma loquitur. Et propterea nō
pertinet hic per glossatorē queritur, nunquid si Reg. ex
expeccatiua aliquius derogaret specialiter huic reg. et
derogare censeatur prædictis aliis ad eundem finem ten
dentibus? & Glossator hic in f. tenet q. nō, ex eo, quæ

duo vincula sunt, uno sublato, aliud non tollitur. c. extua. A.
rum. de autor. & vslu pal. §. affinitatis. instit. de nuptiis.

Breuter ergo contrarium tenerem, per ea, quæ not. gl.
in verb. facti. in ca. i. de consti. lib. 6. cum ibi per me dictis:
vbi habetur, quod sicut mentio de iure communi non re-
quiritur, ita neque de statuto in effectu continente idem,
quod ius cōmune. Cūm igitur prædictæ regula ad istum
effectum non oriundum, expectatiuam in aliena dicecessi
habere prohibeant, quia idioma, & exterorū mores igno-
rat, vt latius hoc superiū in 1. quæst exposui. Regula igitur
ista idem disponens, eadem cum illis censetur. Papa ergo
derogans isti, in effectu, & in necessariam consequentiam
illis alii derogare censetur, & dispositio d. cap. ex tuarum,
cum simi. illo casu non procedit, vt latius dicam in regula B.
de familiaribus cardinalium. quam etiam pluribus modis
Moder. in c. cūm cessante. de appella. limitant: & latissimè
Moder. Asten. in tracta. syluæ, fol. 25. Tamen super hoc co-
gitandum est, quia articulus sine dubio non est, & de faci-
litate pars sustineri potest.

QUAESTIO DECIMA QUINTA.

V A E R O, vtrum rector parochialis vltra naturale po-
tiri idiomam, cuius curam gerit, etiam Latinam lin-
guam scire teneatur?

SOLVATIO. Colligitur ex his quæ Abb. & alij docto. in
c. cūm in cunctis. in prin. de elect. scribunt, videlicet, quod
ex quo animarum cura est ars artium, ut dicit tex. in c. cūm
sit. de xta. & quali. requiritur quo ad effectum, vt rector C.
vim & naturam sacramentorum intelligat, quod Latinam
linguam saltē pro necessitate officij sui sciat: rector enim
sufficientem scientiam habere debet, vt ibi dicatur, quæ si-
ne Latina lingua haberi nō potest. Hinc est, quod penitus
illiterati non solum à parochiali habenda prohibentur, vt
in dicto cap. cūm in cunctis. §. inferiore. de elect. sed etiam
à promotione ordinum, vt in cap. 2. 36. distin. & in cap. fin.
de tempo. ord. lib. 6. Concludendum igitur est, in rectore
duplicem linguam necessariam esse: vnam vernaculam, seu
popularem, quam ista regula requirit: aliam Latinam, vt
quid populo loqui debeat, intelligat.

R